

masio puplico eiusdem terre notario et testibus subnotatis ; ad hoc specialiter vocatis et rogatis vobis dompnro Petro de Maraldicio et Iacono Nicolao de pace clericis et procuratoribus Maioris Ecclesie Sante Marie de Barolo pro ipsa Ecclesia recipientibus ; voluntarie donavi, et per fustum tradidi totam decimam musti duarum vinearum et ordinum decem censualium, quas dicta Ecclesia habeat in contrata santi viti, a duabus partibus, a medio limite iuxta vineas heredum qd. magistri Nicolai de Mango, a medio limite iuxta vineas magistri Iohannis zulli sellarii. et extra sepem iuxta viam publicam. Legatam ipsam decimam eiusdem Ecclesie per Tucium gactum nepotem meum in ultimis vite sue. Ex qua mea donatione et traditione nichil aliud petens ab ipsa Ecclesia preter preces, et orationes ad deum. eo tamen salvo quod clerici eiusdem Ecclesie teneatur specialiter in perpetuum eidem Ecclesie pro anima dicti tucii Anniversarium celebrare. quatinus a presenti in antea dicta Ecclesia, dictam decimam habeat et possideat etc. quod scripsi Ego predictus Thomasius publicus Baroli notarius quia rogatus Interfui.

N. B. — Segue il segno del notaio, ma mancano le firme del giudice e dei testi.

N. 67.

A. D. 1291

(1 novembre, Indiz. IV).

<i>Provenienza</i>	Cattedrale.
<i>Data di luogo</i>	Barletta.
<i>Rogatario</i>	<i>Iohannes de Cristiano not.</i>
<i>Descrizione</i>	Taglio rettangolare: alt. m. 0,25, larg. m. 0,21.
<i>Scrittura</i>	Gotica.
<i>Contenuto</i>	<i>Dopnus Matheus f. qd. Guillelmi de Rocca presbiter Ecclesie sante Marie de porta donò pro anima alla Chiesa di S. Maria Maggiore una sua casa posta in pictagio Santi Stephani.</i>
<i>Bibliografia</i>	Inedita.